

tur, & amplificatur. *Tractatio apodictica* est, in qua thema cōpositum, quod in textu occurrit, per argumenta probatur, & amplificatur. *Tractatio affectiva* est, in qua verus usus propositionis explicatae & probatae ostenditur. Usus iste est vel generalis, qui καὶ ἵξεται dicitur *usus*: vel specialis, qui similiter καὶ ἵξεται appellatur *applicatio*.

II. *Quadrige concionatoris in tractatione argumentosa* Quadrige
concionato-
funto, *Textus*, *Alia scripturæ dicta*, similitudines & Exempla: risque
quæ omnia tractari debet ex locis explicationis: probationis,
amplificationis, delectationis, & flexionis, supra monstratis.

Sive enim thema simplex sit explicandum, sive thema compositum probandum, oportet ut concionator ista quatuor cōiungat, & ex Inuentionis doctrina, quam supra proposuimus, vestiat & amplificet. Quod attinet ad textum, ille inter explicandum vel confirmandum clare est repetitus, & explicandus. Quod ubi diligenter factum est, oportet collatione textus cū aliis scripturæ locis, etiā cū capitibus Catecheticis, instituere. Collatio ista est similaris, vel dissimilaris. *Collatio similaris* est, qua similia & parallela scripturæ loca inter se cōferantur. *Collatio dissimilaris* est, qua loca scripturæ in specie pugnantia inter se cōferantur. Dictis scripturæ subiungendæ sunt similitudines, itēq; Exempla, ubi hæc libere præmittuntur vel subiunguntur, prout ecclesiastæ videtur cōmodum. Exemplum huius tractationis hoc esto. Sit explicandus *vers. 8. ex c. 3. epist. Rom.* qui sic habet: *Colligimus igitur, si de iustificari hominē ab opere legis. Propositio est: So'a fide iustificatur homo. Tractatio argumentosa sic erit.* 1. *Consideratio textus.* Apostolus ait, *Colligimus, οὐ γέμισθαι, h.e. certis ratiociniis cōcludimus.* & τομον. ζημια ex iis quæ hæc tenus diximus. *hominē peccato ē, qui ex se est materia damnationis: iustificari coram Deo, ita ut ipse non imputentur peccata: sola fide in Jesum Christum, non quasi fides tantè sit dignitatis, ut propter illā Deus nos reputet pro iustis, sed quia illa apprehendit Christum, illiusque meritum sibi applicat.* 2. *Collatio cum aliis scriptura dictis: eaq; primo similaris.* Hoc ipsum tota scriptura veteris, & noui Testamenti docet. Quid enim? Annon prima illa promissio *Gen. 3. de semine mulieris cōstituto caput serpentis hominē à seipso ad Christū manuvelut ducit.* Et Deus diserte testatur *Habac. 2. iustum fide sua viuere.* Idem prolixe & operose ostendit apostolus hoc ipso tertio capite, ut & sequenti, & in epistola ad Galatas. *Collatio dissimilaris.* Neq; vero huic sententiæ obstat, quod *Jac. c. 2. docet hominē non iustificari sola fide, sed etiam operibus.* Nā ibi apostolus agit de illa fide, quæ hypocritæ præ se ferebant, quæ est mortua: non vero de saluifica fide, quæ ex se parit bona opera, nō aliter atq; arbor bona fert bonos fructus. Adhuc itaq; manet cōclusio & apodixis apostoli nostri, hominē sola fide